



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xlvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Itē eiusdem.

VND E vides quia sic peccati cōtagione maculamur. Ne quāso beatissime mihi, fratē nostrum in profundum putei sub iniqui principis potestate demersum, desperationis lapidibus obruamus. Imitemur illum Aethiopenam, qui sanctum Hieremiā in lacu ab iniquo rege demersum, assumptis XXX. hominum auxiliis, & missis ad eum panis & funibus veterib⁹ liberavit. Facilisne esto ad lapsum, ruinamq; miserorum. Porridge manū iacenti fratri, qui confusus pudore peccati, nec erigere se, aut oculos audeat, at tollere. Comple legem Mosi. Cecidit asinus fratris, sub pedere, hoc est, caro euicta peccato, acclina te, & humilia, & subleua de ruina. Quid erubescis coniungi homini peccatori? Respice illum qui dicit: Noli nimium esse iustus. Magister noster à latronibus vulneratum non solum cura dignum iudicat, verumetiam ad stabulū suum & ouile perduxit. Et tu ergo collige fratrem, quē diabolus latro percussit. Cōsigna stabulario, id est, beato episcopo, qui si quis in eo impenderit, amplius à domino consequetur.

Itē idem.

Evangelicus sermo dixit: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum solus. Si te audierit, lucratus es eū, & cetera quæ continet sermo præcepti. Vide quid dicit. Ne exhilarentur filii incircuncisorum. Filii enim incircuncisorum, sunt homines seculi, in præputii sui errore, & gentilitate viuentes. Hi ergo exhilarantur, cum audiūt ruiam militis Christi. Peccatum igitur caletur, & adhibeatur commendatio. Nos enim consolationis linteamina, & coelestis spei pigmenta tribuamus. Ipse autem infra sepulchrum secreti sui cōfessus peccati pudore cōtineatur, ubi cōscientie verme laceretur: qui toras in eo oblingat putredines peccatorum, donec nullū ex se fœtorē famæ turpis emittat.

Ex epist. Ioannis Consolatorum ad Theodorum.

Qualiter rogo, de misericordia domini possū deprecari, qui etiam Pharaonem arguit, quare nequaquam pœnitere dignatus sit, dicens: Brachia Pharaonis regis Aegypti cōtrui, & non est deprecatus, ut daretur in eo sanitas, & redderetur ei virtus ad comprehendendum gladiū. Salomō ille mirabilis, qui meruit astititici des